



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Sermo beati iohannis episcopi

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

celum et terram: et spiritus domini ferebatur super aquas. Et vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. **¶** Igitur perfecti sunt celi et terra et omnis ornatus eorum. **Et. Lectio. iij.** Dixit vero deus. Congregentur aque que sub celo sunt in locum unum et appareat arida. et factum est ita. **Et** vocavit deus aridam terram: congregationesque aquarum appellavit maria. **Et** vidit deus quod esset bonum et ait. **Berminet** terra herbam virentem et facientes semen et lignum portans fructum iuxta genus suum cuius semine in semetipso sit super terram. **Et** factum est ita. **Et** protulit terra herbam virentem facientes semen iuxta genus suum: lignumque faciens fructum: et habens unumquodque seminem secundum speciem suam. **Et** vidit deus quod esset bonum. **Et** factum est vespere et mane dies tertius. Tu autem domine. **¶** Formavit igitur dominus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite. **Et** factus est homo in animam viventem. **¶** In principio fecit deus celum et terram et plasmavit in ea hominem. **Et** gloria. **Et. Sermo beati iohannis episcopi. Lectio quarta.** Dignitas humane originis facile agnoscitur considerata. **¶**

limitate auctoris. **¶** Nec enim facile poterat esse vel leve quod manus sacra confinxit et celestis status in vitalem substantiam animavit: maxime cum idem artifex deus potestatem suam in omnem fabricam eidem homini fuerat traditurus: ut quem secundum presidem post se facere disponebat eundem faceret plenum atque perfectum. **¶** Tu autem. **¶** Tulit ergo dominus hominem et posuit eum in paradysum voluptatis. **¶** Ut operaretur et custodiret illud. **¶** Formavit igitur dominus hominem de limo terre et posuit eum in paradysum. **¶** Ut operaretur et custodiret illud. **¶** Lectio quinta. **¶** Et ut haberet in sese dignitatem qua precelleret et potestatem qua cunctis animantibus imperaret soli serviens illi a quo et cuncta fuerant sub iugata ut imperaret mundo: serviret deo: creatorem suspiceret creaturam sibi parere compelleret: tantumque ditionis se se domino debere perspiceret: quantum ipse a creatura exigeret habens in propria potestate et obedientiam et contemptum obedientiam qua viveret: contemptum quo digne pro merito interiret. **¶** Dixit dominus deus non est bonum esse hominem solum. **¶** Faciamus ei adiutorem solum simile sibi. **¶** Ade vero **¶**

inueniebatur adiutor similis
cuius. dixit quoque deus **Faci.**
Unde effectus est **Lectio sexta.**
ut contemendo mortem incidere
qui obediendo vivere potuisset.
Ubi praeem concessa dum
in contempnū protulit et vite pri-
uilegiū pdidit. Et tū creatu-
ra adhuc eius seruat imperiū
licet ipse creatorū suū denega-
rit obsequium. Unde apparet
quod suae felicitati detraxerit cuius
peccatorū merita eius statum
adhuc mutare nō possint. **Tu**
R. Immisit dominus sopores
in adam: et tulit vnam de costis
eius: et edificauit costam quam
tulerat dominus de adam in muli-
erem. et adduxit eam ad adam ut
videret quid vocaret eam. Et
vocauit nomen eius virago:
quod de viro suo sumpta est. **Ps.**
Hoc nunc os ex ossibus meis:
et caro de carne mea. **Et Bla.**
Et. In tertio noc. añ. Ire et
vos in vineam meam et quod ius-
tum fuerit dabo vobis. **ps.**
Celi enarrant añ. Gloriosa ope-
rarios et redde illis mercedem
suam dicit dominus. **ps.** Exau-
diat. añ. Tolle quod tui est et ya-
de quod ego bonus sui dicit dominus.
ps. Domine in virtute. **ps.** Ego di-
xi domine. **Scdm Mattheum.**
In illo tempore: Dixit iesus
discipulis suis Simile
est regnum celorum homini pa-
trifamilias qui exiit primo ma-

ne conducere operarios in vine-
am suam. **Et reliqua. Omelia.**
In explanatione beati gregori-
sua multa ad loquendum sancti
euangelij lectio postulat quam
volo si possim sub breuitate per-
stringere ne nos et extensa pro-
cessio et prolata expositio vi-
deatur onerare. Regnum celo-
rum patrifamilias simile di-
citur qui ad excolendam vine-
am suam operarios conduxit. **T**
R. Dum deambularet dominus in
paradiso ad auram post meri-
diem clamauit et dixit adam
ubi es: audiui domine vocem
tuam et abscondi me. **ps.** Domine
audiui auditores tuos et timui.
Quis vero patrifamilias? **Le. viij.**
miltias similitudinem rectius te-
net quam conditor noster qui regit
quos condidit et electos suos
sic in modo hoc possidet quasi
subiectos dominus in domo quam habet
unicam vniuersam scilicet ecclesiam quam
ab abel iusto vsque ad vltimum
electum qui in fine mundi nasci-
turus est quot sanctos protulit
quasi tot palmites in se. **T.**
R. In sudore vultus tui vo-
lueris pane tuo dixit dominus ad
adam cum operatus fueris ter-
ram. Non dabit fructus suos
sed spinas et tribulos germina-
bit tibi. **ps.** Pro eo quod obedi-
sti vocis uxoris tue plura quam mee
maledicta terra in opere tuo.
Non dabit. **Lectio nona.**